

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 40. junctâ quæst. 96. Decisio CXXXI. Clerus & universitas an &  
pro qua causa possit sine scientia Superioris imponere collectas, & an ad  
illarum solutionem teneantur Equites Hierosolymitani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. 40. junctâ quæst. 96.

DECISIO CXXXI.

Clerus & universitas an & pro qua causa possit sine scientia Superioris imponere collectas, & an ad illarum solutionem teneantur Equites Hierosolymitani.

R. P. D. Attrebaten.

Dec. 71.  
par. 1. reg.

Leodien. Collectæ.

Veneris 19. Martii 1604.

S U M M A R I U M .

- 1 Collectæ ex causa necessitatibus privatum & publicum, potest universitas imponere sine scientia superioris.
- 2 Declara dummodo necessitas sit inevitabilis.
- 3 Clerus potest sibi & suis imponere collectas pro propriis necessitatibus.
- 4 Ecclesia non tenetur contribuere ad collectas Latorum, nisi Clerus legitimè consenserit.
- 5 Equites Hierosolymitani sunt exempti ab omni jurisdictione Ordinarii, nec tenentur solvere collectas impositas à Clero.
- 6 Verba generalia non comprehendunt casum præcisè necessitatis, § n. 7.
- 8 Observantia per privilegium sublata non suffragatur.
- 9 Solvens, sicut esset liber vigore privilegii an præjudicet suo privilegio.

Clerus secundarius Leodiensis pro liberatione diæcesis illius ac incursionibus quibus affecti telet occasione vicinorum bellorum, pro rata sua collectas imposuerat, & pecunias in eum sinem prænumeratas à singulis ejusdem Cleri membris recuperare

Vnu 3

perare

recuperare volens, inter ceteros à commendatario S. Joannis Hierosolimitani extiones eo nomine petebat, & hoc potissimum fundamento, quod jus commune pertinet collectas sine scitu superioris ex causa necessitatis imponere, que concernit privatum & publicum, vel totam universitatem. C. non minus & ibi Abb. n. 20. vers. puto. Joan. de Anan. n. 1. Anchar. n. 8. & c. aduersus n. 2. de immunit. Eccles. & in c. i. n. 8. eod. su. in 6. Gl. fin. in c. cum dilecta drescripe. Bart. in l. nullas la. 2. Cod. de caus. publ. l. 12. Jason. in l. si extoto n. 45. de leg. at. 1. Castren. conf. 423. n. 4. l. 2. Corn. conf. 72. n. 15. ad fin. l. 4. Purpurat. conf. 330. n. 6. & conf. 43. n. 335. Ferret. respon. 57. n. 19. quod etiam procedit, si collecta imponatur pro recuperatione pecuniae sive expensae vel debitæ. L. i. 8. fin. & ibi glos. in verb. pro consul. ff. quod cuiusque universit. nom. Bart. in l. 4. §. actor. n. 5 ff. de re judic. quin etiam privilegia concessa per verba universalia & prægn. intia cessant in casu hujusmodi necessitatis. Cap. peruenit vers. alto modo & ibi Collecta in princ. Innoc. ibid. & Canon. se communiter, de immunit. Eccles. L. ad portas C. de oper. publ. L. jubeamus. C. de sacrosano. Eccles.

<sup>2</sup> Quibus non obstantibus fuit resolutum contrarium, ad solutionem hujusmodi collectatum non teneri communitatem, etiam si cause in imponendo expensæ essent visæ, de quo in facto multum controveritur. Nec sufficit quod agatur de communi utilitate ac necessitate, ut nonnulli Doctores allegati loquuntur, cum iste sit casus. Cap. non minus, & c. aduersus. in quibus nihilominus requiritur consensus Papæ, sed quod sit periculum propter damnum inevitabile, & quod potest evenire reipublicæ. In proposito autem collecta non sunt imposita tempore presentis periculi ad evitanda damage, & inconvenientia que solent oriiri ex hostilibus incursionibus, sed ad extingendum & evitandum interclusuria.

<sup>3</sup> Quare poterat quidem Clerus pro suis propriis necessitatibus & debitibus urgentibus libi ipsi, si sicut, non autem pro utilitate Reipublicæ, absque Principis auctoritate hoc onus inducere. C. innovatus de censib. lun. C. de superind. l. i. 8. gl. in verb. pro consul. ff. quod, cuiusque universit. L. omnes. C. de oper. publ. Bartol. in repe. L. placet. n. 31. C. de sacrosano. Eccles. & in l. 4. §. actor. de reg. juris & in l. un. C. demul. & in quo loco. n. 24. l. 10. & in l. cum neque C. de incol. Nicol. Fossat. de collect. c. 2. n. 8. minus verò imponere potuit personis non subjectis. Bald. in l. ad instructiones C. de sacrosano. Eccles. Ca- bren. conf. 423. n. 2. l. 2. Alexand. conf. 68. n. 1. l. 2. Corn. conf. 72. n. 16. l. 4. cum impositio collectarum sit actus jurisdictionis. Alex. conf. 78. n. 8. in fine l. 6. Soc. conf. 129. n. 1. circa medium.

<sup>4</sup> Et facit, quod quantacunque sit necessitas, tamen Ecclesia non debet contribuere ad solas deliberationes Laicorum, sed oportet, quod populus & Clerus una convenienter super tali vexatione redimenda, nec simplex deliberatio totius populi potest obligare Clerum, ut nec vice versa, cum agatur de communi utilitate, quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, & si Clerici sine legitima causa nollent conti-

contribuere, potest populus implorare officium superioris Ecclesiastici, ut compellat Clerum ad consentiendum. C. nullus de jure patron. Panormit. in c. non minus n. 2. vers. aut necessaria. Tomat. de stat. §. 3. n. 25. paulo ante fin.

Quocirca cum privilegia Religionis Hierosolymitanæ eximant milites ab omnibus superioritatibus & iuris iudicione Ordinarii, & aliorum inferiorum, ita ut nullus catu remaneant illis subiecti, ut fuit resolutum in his terminis in causa Brundifinae jurisdictionis 9. Febr. 1579. coram Bubalo: ideo consensus Cleri secundarii non erat sufficiens ad obligandum commendatarium, sed erat necessaria auctoritas Sedis Apostol. quæ sola retinet superioritatem in illos milites, & nemo illis derogare potest, nisi solus Papa propter decrem irritans. C. cum inferior de majoritate & obed. Clem. ne Romanae electione.

Et quamvis in calu improvisa & inevitabilis necessitatis non sufficient verba generalia. Repa in d. sex tota n. 16. & 17. ff. de legat. 1. ubi Doct. passim de communione. Tamen DD. considerarunt verba privilegiorum amplissima, à quibusvis impositiōnibus ex quavis causa, & ex quo vis prætextu, ita ut apta sint comprehendere istum casum. Bart. in l. fidem sacerdot. §. meminisse ff. de legat. 1. & in l. xxorem. §. agri. plagam ff. de legat. 3. Nata conf. §. 8. n. 12. & 13. Cephal. conf. 150. n. 8. Decr. resp. §. 1. n. 22. & seq. 1. 3. item considerarunt causas & merita, propter quæ dicta privilegia fuerunt concessa militibus, quia non modo facultates & fortunas, sed etiam sanguinem & vitam pro defensione Reipublicæ Christianæ prodigunt. Decr. conf. §. 1. n. 25. 1. 3.

Non obstat Cap. per curia de immunitate Ecclesie, quia non habet locum, quandò ostenditur etiam privilegium, ut ibi per gloss. in verb. omnes in fine. vel saltem quandò privilegium habet verba apta comprehendere omnes causas, & quæ sine violatione reati sermoni restringi nequeunt, ut jam fuit dictum.

Non obstat observantia, quia tractatur de praedictio totius ordinis, & privilegia removent observantium contrariam, atque etiam præscriptionem.

Quare per solutionem, si quæ forte ab aliquo bus facta est, non praedictatur futuri solutionibus, tamenque privilegiis Religionis. Fel. in c. cum accessissent n. 29. in 3. lib. mit. de constit. Ruin. conf. 228. n. 11. l. 1. Nata conf. 160. n. 46. vol. 1. Erata conclusum &c.

Ejusdem argumentum decisionem habebi in Meliten. collectarum 7. Maii. 627. coram Cardin. Ubaldo, quæ est in recent. dec. 63. par. 5. hoc loco ad evitandam prolixitatem omissa.



DE: